AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. EVODIUS UZALIENSIS. HIERONYMUS. QUODVULTDEUS

Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh. Seite 69r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ubicumque; ab aliis hic aliis illic, cum tamen ab orationibus sanctorum nullum sit tempus in
munde quandoquidem diebus ac noctibus. cum alii cibo accepto reficiuntur alii quod
libet [illegible] aliud faciunt alii dormiunt. non utique desunt quos desiderium sanctum orare
conpellat. ita fit ut spiritus sanctus qui ubique omnibus adest aliquantulum cessare a gemi
tibus non sinatur. Hoc est gemitus miserie cum per quibus cumque orantibus cogitur gemere non gemi
tibus inenarrabilibus interpellare sic intelligatur ut dixi. id est quia gemitibus sanctorum
desideriorum interpellare sanctos facit. quibus affectum pium gratie spiritalis infundit. Sed cum
similes locutionum modos quando perficientem significat id quod efficitur. sic frigus [adv. abet.]
pigrum dicimus quia pigros facit. et dicitur istem uel letum. quia tristes uel letos facit.
etiam de sacris scripturis commemoraverim. ubi deus dicit ad habraham nunc cognovi quod times
est aliud quam nunc ut cognosceres feci. non enim tunc dicendus deus est cognovisse quod ante quam
fieret numquam potuit ignorare. Quos locutionis modos de divinis eloquiis
ante prolatos quoniam alter interpretatus es non invenisti. nullos utique adistos gemitus
redire voluisti. Nemo enim sic de spiritu sancto sapit. nisi qui secundum carnem non secundum spiritum
sapit. Quamvis et si tibi concederetur. quomodo tu sentis sic spiritum sanctum interpellare pro sanctis.
aliud est interpellare uel orare. aliud adorare. Omnis qui orat rogat non omnis qui
adorat rogat. nec omnis qui rogat adorat. Recole consuetudinem regum
qui plerumque adorantur et non rogantur. aliquando rogantur et non adorantur. ac per hoc a sancto
spiritu adorari patrem nullo modo demonstrare potuisti. **Quomodo sit unus deus**

DECIMO LOCO egi tecum ut intelligeres quomodo per ineffabilem **Pater et filius et spiritus sanctus.**
copulationem sit unus deus ipsa trinitas quam dicimus unius esse substantie quandoquidem etiam diversas
substantias invenimus. hoc est spiritum hominis et spiritum domini per copulationem qua homo adheret
deo unum spiritum dictum ubi ait apostolus; qui autem adheret domino unus spiritus est. Ad quod tu respon
dens uel potius non tacens me [illegible] conatus es ostendere quomodo pater et filius et spiritus sanctus unum sint
non unitate nature sed [illegible] ut ipsi voluntate. Hoc quidem soletis cum vos obicitur quod ait [dicere. si tunc soletis.]
dominus ego et pater unum [illegible] sumus. Ego autem hoc loco non hoc volui probare quod
pater et filius et spiritus sanctus unum sint. quod quidem propter unitatem substantie fidelissime credimus. sed quod
eadem trinitas unus est deus. Aliud est quippe unum sit. aliud unus est deus. Discerne est
et sit nec ait apostolus qui adherent domino unum sint quorum diversa substantia est. sed ait. qui
adheret domino unus spiritus est. Sicut autem vos cum de duobus dicitur unus est. et dicitur quod
unus sic dixit apostolus unus spiritus est. hoc idem putatis esse quod est cum de duobus dicitur unum
sunt nec dicitur quod unus sic ait salvator ego et pater unum sumus cur non dicitis
[sic] pater et filius unus est deus. Cur te quando auditis audi israhel dominus deus. dominus unus est.